



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

27. Quomodo apud Embricam quidam imaginem D. Antonij inuadens, & pedibus conculcans, horribili totius corporis incendio, & morte diuinitus sit punitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

MArcus Brixianus miles admota ara D. Antonij manu, periurus, vltore numinis igne correptus, moritur Idibus Augusti, anno 1537.

quomodo apud Embricam quidam imaginem D. Antonij inuadens & pedibus conculcans, horribili totius corporis incendio, & morte diuinitus sit punitus.

Publico multorum sermone, editisq; scriptis constat, atque etiamnum hodie suspensites sunt viri fide dignissimi, qui nobis retulerunt, eo ipso tempore cum Gælij in Belgio tumultuarentur, & Guilielmus Comes Montensis Aurangie Principis Guilhelmi Sorotius, Monasterium Franciscanorum prope Embricam ab eiusdem Comitibus Maioribus, ve ferret, quondam religiosè fundatum, demoliretur, (cuius demolitionis per menses aliquot successiuè durantis, postremos actus ego ipsemet vidi) quendam hominem nouis dogmatibus dementatum superuenisse, & omnibus iam statuis, imaginibus & altaribus, vastatis & exturbatis, inuenisse adhuc residuam statuam D. Antonij. Quam iste protinus proterua manu corripens, in terram collisit, pedibusque conculcauerit, & quibuscunque poterat modis exagitauerit. Euenit autem, vt forte assisteret mulier quæpiam Catholica, quæ hominem compellans, ait: Quid in te

Q 4

pecca-

peccauit D. Antonius, quod statuam eius, tam indignè exagitas? Ille protinus in proteruam hanc vocem prorupit: Quid tu mihi obstrepis de S. Antonio? Si quam ille vim aut virtutem habet, eam declaret. Nec mora, euertigio iste in sanctum blasphemus, igne sacro, quem vocant D. Antonij, corripitur, totoque corpore ustulatur, & tandem sacro igne totus Deo vindicante, excarnificatus, animam exhalat.

D. VVilhel. Lindan. lib. 2. cap. 1. de fugiendis idolis.

In ciuitate Hasselensi Gæstis templi imagines cæca nolite confringere volentibus, omnium lucernarum lumina bis terue miraculosè esse extincta, illi commemorat Laurent. Surius in Chronicis.

CAP. XXVIII.

CVM Hermannus Moder, seditiosorum fax apud Hasselense oppidum Hasbanie Leodiensis diocesis anno 1566. bis ter in templum venisset, vt SS. imagines confringeret, fuit lucernarum lumen bis ter extinctum: denique cum rogi immanem excitasset, vt iniectas in eum SS. imagines exureret, fuit ille rogi iniectis venerandis imaginibus haud aliter subito extinctus, quam si copiosissimo fuisset imbri perfusus. Ita quidem Deus Opt. Maxim. sacras imagines, & tutatus est, & alicubi vltus, quemadmodum fide dignissimi viri nobis narrare, etiam seueriter sub Dei iudicio admoniti, non dubitarunt, quorum plura exempla Ecclesiastica dabit historia. Hæc tibi

D. Lin-